



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

12 Quomodo amittatur posseßio tum mobilium tum immobilium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

rum c. 16. n. 11. Ratio est, quia dum emptor apprehendit claves, censetur res ipsas intus conditas apprehendere.

2. Si tradat alteri scripturam, seu instrumentum, quo constet de titulo & iure quo rem possidebat. Nam in tali instrumento res ipsa continetur videtur.

3. Si antiquus possessio rem minus vel cominus ostendat mihi fundum, dicat que se tradere illius possessionem; & ego significem me acceptare: ocu- li enim sunt veluti longæ quedam manus quibus res vilas quasi contrectantur.

4. Quando post contractum, consentiente antiquo possidente, apponitur custodia nomine eius ad quem res transfertur: siue res sit mobilis, ut pecora, triticum, vel alia merces; siue immobilis, ut fundus, castrum, oppidum.

5. Si dem, aut vendam tibi rem absentem, & constituant me tuo nomine eius rei possidente: tunc enim per me incipit possidere, nec opus est alia apprehensione. Hoc iurisperiti vocant tradere & acquirere possessionem per *clausulam contractum*.

6. Si re tibi vendita vel donata, constituant me conductorem eius, vel reseruum mithivsum fructu: nam hoc ipso censiter per me accepisse possidente. Vide plura apud Antonium Gomezium, ad legem Tauri 45. a numero 45. & deinceps, & Molinam disp. 14.

48  
Dispositio  
legi.

*Legum dispositione* interdum transfertur posses-  
sio abique villa vera vel ficta apprehensione, si leges ita statuant, ut optimè probat Couarr. lib. 3.  
Variarum cap. 5. num. 6. Ratio est, quia modus acquirendæ & amittendæ possessionis iuri huma-  
no subiacet, quod potest statuere varios modos, prout magis videtur expedire Reipub. pro diuer-  
sitate rerum & prouinciarum. In regno Castellæ,  
Maioratus possidet, & omnium pertinentium ad  
ius primogeniti, transit ad proximum cognatum,  
vel agnatum, cui iure debetur, sine villa vera vel fi-  
cta apprehensione. ut habetur L. 45. Tauri, citata  
apud Couar. Simili modo, apud Gallos possidet  
defuncti transit in eius heredem, etiam extraneū,  
sine vlo apprehensionis actu, scilicet Couar. ibidem,  
qui id ex multis DD. probat. Hunc modum pos-  
sideri DD. vocant *civilissimam possessionem*: quia  
sit sola legis civilis potestate, abique vlo animi vel  
corporis administriculo, etiam nesciente eo qui inci-  
pit possidere.

49  
Possessio  
iurium  
quo modo  
apprehen-  
ditur.

Possidet autem *Iurium & servitutum* apprehen-  
ditur dupliciter. Primò, Si mittam te in agrum,  
in quo volo tibi servitutem constituere, tuque illic  
eodem animo eas. Secundò, Si utaris aliquo iure  
tamquam ad te pertinente, scilicet & ferente cu-  
ius intererat concedere vel prohibere: qui modus  
est generalis; & extendit se etiam ad ea quae non  
sunt in re aliqua constituta; ut ad ius eligendi, pre-  
sentandi, & similia, de quo vide Couarr. reg. Pos-  
sessor 2. p. initio, a §. 8. Quomodo autem beneficij  
possidet acquiratur, idem l. 3. Variarum cap. 16.  
num. 10. vbi vide multa alia ad hanc questionem  
de acquirendo possessione variarum rerum & iu-  
rium pertinentia. Verum in his omnibus spectan-  
da sunt consuetudines regorum & prouinciarum, quae admodum sunt variae.

Possessio  
beneficij.

### D V B I T A T I O X I I .

Quomodo amittatur possessio tum mobi-  
lum, tum immobilum.

R Esp. & Dico Primò, *Possessio rerum mobilium* 50  
tum ciuilis, tum naturalis, amittitur Primò, *Possessio*  
Sola voluntate possidente nolentis eam amplius *mobilium*  
possidere. Secundò, Per furtum aut rapinam al- *amittitur*  
terius. Tertiò, Si alterius custodia subsit, qui eam *quatuor*  
incipiat detinere tamquam suam, ad quod re-  
quiritur ut eam corporaliter apprehendat ut vera,  
animo eam sibi retinendi. L. Possideri. 3. π. de ac-  
quir. possidet. Quartò, Per amissionem rei, v.g. bur-  
fæ, annuli: vel per fugam, si *sunt animalia*; ut si  
pecus aberrauerit a gregi, definit statim posside-  
ri a domino: si gallina & similes aves domesticæ  
auolarunt, nec habeant consuetudinem per se  
redeundi: secùs verò si habeant consuetudinem  
redeundi. De quibus & aliis animalibus, vt  
piscibus, feris, columbis, vide plura d. L. Pos-  
sideri. 2. de acquir. & amitt. possessione. Dixi, si  
*sunt animalia*; quia possessio serui & ancillæ non  
amittitur per ipsorum fugam, ut patet L. Pom-  
ponius. 13. π. ibidem.

Dico Secundò, *Rerum immobilium possesso ci- 51*  
*vilis & naturalis amittitur Primò*, Si possidente sit *Possessio*  
longo tempore absens; nec per alium rei inhistar, *immobi-*  
*lum amit-*  
neque etiam protestetur se nolle amittere possel- *tur mul-*  
*amittit solum naturale, non ciuilem.* 2. Si rem *ta media.*  
sciat ab alio occupatam, & negligat. 3. Si reuer-  
sus, statim quidem repeat suam possessionem, sed  
ab occupante repellatur, nec audeat ei resistere.  
4. Si timens repulsam non audeat repetere, aut in-  
uadere possessionem. 5. Si nesciat rem esse suam,  
& ideo nec censeat illam in bonis suis: tunc enim  
caret animo possidendi. Hinc per longam obli-  
ucionem perdiuntur possidet, ut docet Glossa in  
cap. 11. Clerici. 16 q. 4. & colligitur ex L. Fur-  
tum. π. de vscacionibus. Item si id quod possi-  
demus, ita perdidimus, ut ignoremus ubi sit, ut  
habetur L. Si id quod. π. de acquir. possidet. 6.  
Si res ita sit occupata, ut non sit probabilis eius  
recuperatio. ut si vir validè sit potens, qui illam  
occupet; vel mare aut flumen assidue inundet.  
quamdiu verò possidet est in ipsa re, ut in domo,  
vel fundo; aut in conspectu eius; aut falso pro-  
pè, ita ut præstò possit adesse cum opus fuerit, re-  
tinet semper rei immobilis possessionem, tum natu-  
rali tum ciuilem. Vide plura apud Gome-  
zium supra; & π. tit. de acquir. & amitt. possidet.

### D V B I T A T I O X I I I .

Quid privilegij conferat possidet.

R Esp. Primò, *Possidet*, si sit bona fidei, parit 52  
prescriptionem; id est, facit ut res quae non  
est tua, elapse certo tempore fiat tua, & omnes *Quos effe-*  
*tua pat-*  
fructus percepti. Secundò, Si oboriatur dubium *vias.*  
de rei dominio, & adhibita diligenti inquisitione  
maneat adhuc dubium utrius sit, melior est con-  
ditio possidendi. Tertiò, in iudicio parit præ-  
sumptionem dominij. unde possidet non debet  
probare rem esse suam; sed alter, qui eam reperit:  
qui nisi id satis prober, nihil obtinebit. Quartò,  
Pos-